



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Caput Primum. a Gregorius Generali Synodo præsidens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

N O T A E.

sta; vulgo *Medina de Rioseco*, constructum anno 1171. cuius historiam latè refert Manrique tom. 3. annal. anno 1174. cap. 6.

^{1.} **a** [Innocent.] Ita legitur in tertia collectione, sub tit. de accusat. cap. 7 ex quo textum transcribo; sed legendum est, ut habetur in hac sexta collectione Zamorensi, Segoviensi, & Abulensi Episcopis; nec est eur textus hic tribuatur Honorio III. ut aliqui voluerint, cùm non reperiatur in ejus quinta compilatione, & extet in tertia collectio- ne Epistolarum Inno entii III.

b [Zamorensi.] D. Petro videlicet, qui his prioribus annis Innocentii III. floruit: de qua Diocesis egi in cap. 5. de supplenda neglig.

c [Segoviensi.] D. Petro Michaeli, qui etiam à suis Clericis fuit falso accusatus, ut refert Egidius Gonzalez in theatro ipsius Ecclesie), in ejus vita. De hac Ecclesia egi in cap. 6. de integrum restit.

d [Abulensi.] Benedicto I. hujus nominis. De hac Diocesis egi in dicto cap. 5. de supplenda neglig.

e [Palentino.] D. Alderico videlicet, qui flouruit in Ecclesia eximiis virtutibus præditus usque ad annum 1208. adeoque sanctimoniam clariuit, ut in ipsa Ecclesia reverenter serventur sandalia ipsius, cum hoc titulo: Sandalia S. Aldericu, ut refert Egidius Gonzalez in theatro ipsius Ecclesie. De ea Ecclesia egi in p. 6 d. in integrum restit.

f [Legion.] D. Perro Munniz, qui postea fuit Compostellanus Praefit: ut in histor. ipsius Ecclesia Compost. refert Egidius Gonzalez fol. 93. De ea Ecclesia egi in cap. 6 de integrum restit.

g [Vallebona.] Vallisbona, vulgo Valbuena, Monasterium est Ordinis Cisterciensis in Diocesi Palentina, sexto lapide ab Urbe Vallis-Oleti, quam fundavit Comitissa Stephania sub cura Episcopi Palentini: ejus originem & progressum refert Marique tom. 2. annal. Cisterc. anno 1151. capite undecimo.

h [Mataplana.] Legendum est Mataplana, quod Monasterium vulgo dictum Matallana, est Ordinis Cisterciensis in Diocesi Palentina, quinto lapide à Vallis-Olelo, tertio ab Emerita Augu-

i Purgaverit.] Convincitur quis de calunnia secundum quosdam eo ipso, quod non probat, quod intendit, ut doceri videtur in cap. calumniantor, cap. quinon probat 2. quæst. 3. l. 1. Cod. de advocat. diversi judic. l. 3. §. idem Divus, de testibus, l. 1. in fine Cod. defamatis libel. l. si quis ad se, Cod. ad leg. Jul. de vi, l. non ignoret, Cod. defructibus, & l. expens. Sed non est ita, quia non protinus calumnianti videtur, qui non probat quod intendit; unde ejus rei inquisitio fieri debet, quâ mente ductus ad accusationem processit, & tunc condemnabit eum Jûdex, vel absolver, ex traditis proximo commentario. Quatenus autem in præsentis denunciator ob calumniam puniatur, cum regulariter ipse subscribere non teneatur expostui in c. super his, de accusat.

k [Prælatorum.] Ideoque licet tantummodo delator eset, puniatur ob calumniam. Facit Theodorus Rex apud Cassiodor. lib. 1. variar. epist. 9. ibi: *Tuta est conditio subjectorum, ubi vivitur sub aequitate regnantium; nec dubio decet rumore trahere, a quo debent non mutanda constitui; fidem siquidem rerum à ratione colligimus (quaenamquam defiderantibus absconditur, si suis vestigiis perquiratur) atque ideo, quod Beatiudini vestre et gravissimum esse confidimus, præfenti tenore declaramus, Augustana Civitatis Episcopum proditionis patria falsi criminationibus accusatum: qui à nobis honori pristino restitutus, ius habeat Episcopatus omne quod habuit; nihil enim in tali honore temerari: cogitatione præsumendum est, ubi si proposito creditur, etiam tacitus ab excessibus excusat. Manifesta proinde crimina in talibus via capiunt fidem (quidquid autem ex invidia dicitur, veritas non putatur.) Volumus enim impugnatores ejus legiimam penam percellere: sed quoniam ipsi clericis nomine fungebantur, ad Sanctitatis Vestra judicium uncta transmitimus ordinanda, cuius est & aequitatis moribus talibus impone, quam novimus traditionem Ecclesiasticam eu- sti dire.*

T I T U L U S III.

De Simonia, & ne aliquid pro spirituali exigatur,
vel promittatur.

C A P U T P R I M U M.

^a Gregorius Generali Synodo presidens.

A Ntiquam Patrum Regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendo esse constituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, nec ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit, appellazione d'pastelli. Quia enim ordinando Episcopo e Pontificis munum imponit, Evangelicam verò lectionem Minister legit, confirmationis autem ejus Epistolam & Notarius scribit, sicut Pontificem non decet, manum quam imponit vendere, ita Minister, vel Notarius non debet in ordinatione ejus vocem suam, vel calamum venundare. Pro ordinatione verò, vel pallio, seu chartis,

chartis atq; pastello, cundem qui ordinandus, vel ordinatus est, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus praedictis rebus, si quis hinc aliquid commodi appellatione exigere, vel deferre forte presumperit, in districto Dei omnipotentis examine reatu subjacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque ex auctoritate, neque petitus post acceptas chartas, & g pallium aliquid cuilibet ex Clero gratia tantummodo causâ dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus; quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit.

N O T A E.

a. **Gregorius.**] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 1. Gratianus in cap. 3. i. qu. 2. tribuit textum hunc Urbano, Hallier. de facris elect. scilicet 7. art 7. §. 5. ait deducetur esse ex Synodo Romana celebrata a Gregorio VII. sed verus auctor hujus textus est Gregorius Magnus in Synodo Romana anno 5. Pontificatus ipsius celebrata, tempore Mauritii, Tiberii & Theodosii Imperatorum, ubi can. 5. reperitur textus hic prout eum transferbo ex ipso Concilio. Etiam reperitur inter opera ipsius Gregorii lib. 4. Epist. 44. occasionemque huius canonis ita narrat Joannes Diaconus in vita sancti Gregorii lib. 3. c. 5. Cum vero quo dā cognosceret ad evitanda simonia & heresis crimina pestifera negotiationis manera a pastella eicum calide vocitasse, ac hujusmodi mutatio nomine sua cupiditate avaritiam velle contegere, prudenter. **Doctor Gregorius sententiam quam in primordio sui Pontificatus coram Synodo promulgaverat**, iterato protulit, dicens: Antiquam, &c. Hac prior Gregorii constitutio extat lib. 4. Registr. epist. 55. & in cap. 3. 100. dist. & juxta eam variis Praelatis scriptis idem Gregorius lib. 4. epist. 51. 53. 55. & 56. lib. 5. epist. 1. lib. 7. cap. 5. 113. 114. lib. 9. epist. 40. 51. 54. lib. 11. epist. 46.

b. **Datione pallii.**] Idem Gregorius lib. 4. epist. 55. ad Iohannem Episcopum Corinthonum, relatus in cap. novit. 100. dist. expresse prohibet, aliquid accipere pro pallio: notavit Coquens in antimorn. part. 1. ad pag. 31. f. 1. 4. Unde cum sanctus Bonifacius in Concilio Liprinensi celebrato anno 743. falso nuncio a cepisset, quod pro palliis concedendis duobus Archiepiscopis Germania pecuniam Zacharias Pontifex accepisset, statim literis suis ipsum Pontificem redarguit simoniaca labis: sed ei mitissime responens Zacharias epist. 8 affirmit, nihil tale se cogitasse, cum nec etiam pro ipsius rescriptis, ad diplomatis, que ab ejus scrinio procederent, confuevisset aliquid exigiri, quin potius anathematizasse omnes, quicunque ausi essent donum Spiritus sancti vendere. Refert Baronius dict. anno 744. Leo II. sedens anno 682. constitutionem edidit, quam Anastasius scribit Archivo inclusam esse, ut qui ordinatus esset Archiepiscopus, nihil pro ipsis palliis persolveret. Alia tradit Rouelius lib. 5. hist. Pont. iurisd. cap. 3.

c. **Traditione chartarum.**] Id est pro expeditione literarum ordinationis, quas Presbyteri a suis ordinatoribus accipiebant, justa Concil. Afric. c. 89. Deinde placuit, ut quicunque deinceps ab Episcopis ordinantur, per provincias Africanas literas accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentes Consulentes, & diem, ut nulla alteratio de posterioribus, vel anterioribus orietur.

d. **Papellis.**] Temporibus Gregorii Magni, cum tot Ecclesiæ legibus, & ab ipso Pontifice & specialiter prohibitum esset pro ordinibus conferendis aliquid ministerium ordinantem ab ordinatis recipere, cœpit introduci consuetudo, ut nomine pa-

stus seu pastelli ordinatores ab ordinandis aliquid exigerent: quam consuetudinem simoniae labem continentem, & ex radice avaritiae ortam damnavit Gregorius in praesenti canone, & postea eundem morem improbarunt Paschalis in cap. si quis objecterit 10. q. 3. ibi: Ne quis pastum, vel pastellum ante, vel post ordinationem, beneficium Ecclesiastici possessionem solvatur. Innocentius II in c. final. 1. q. 3. ibi: Nec pro pasto, nec sub obrente aliquis consuetudinem antea, vel post a quoquam aliquid exigatur, vel ipse ordinatus dare presumat, quoniam simoniacum est. Et ita pastelli appellatione in praesenti comprehenditur omne, quod praetextu pastus ordinator ab ordinante exigit, ut exponunt Hallier. de facris elect. scilicet 7. art. 6. Vossius de vitiis sermonum lib. 3. cap. 33. e. **Pontifex manum imponi.**] R. aymundus posuit Episcopos, ut ita generaliorem faceret praesentem prohibitionem ad omnem ordinationem; cum Gregorius ageret tantum de consecratione Episcopi, in qua Pontifex, vel Episcopus confericator manum imponit super caput conferandi, ut probant Hallier de facris elect. cap. 9. §. 3. num. 6 Diana part. 1. de consecrat. Episcoporum resol. 18. quovadis rationes hujus manus impositionis adducunt, & in ea confitente materiam consecrationis Episcopalis, pluribus relatibus post Hilarium defendit Diana ubi supra, resol. 18.

f. **Vel Notarii.**] Consonant Zacharias supra citatus epist. 8. ibi: Cum nec pro scriptis, nec pro diplomatibus, que ab eius scrinio procederent, aliquid exigiri consuevisset. Concil. Bituricense can. 3. apud Lemouic. actione 2. ibi: Episcopi de facris ordinibus manus non accipiunt, nec aliquis loco eorum, nec aliquis de subjectis eorum, si ut pro scribendis nominibus ordinandorum solebant scriptores pretium accipere. Sed circa notarios literas dimissorias, & testimoniales scribentes, jam communiter placuit distinguendum esse, an salarium habeant publicè constitutum ab Ecclesia seu ab Episcopo, vel nullum salarium habeant. Ut Primo casu nihil recipere possint pro hujusmodi chartis; secundò vero casu saltē per modum stipendiī, non pretii (nam actiones istae, ut potest spiritualibus annexæ, vendi non possunt) moderatam quandam pecunia summa exigere valent, quam taxarunt Concilia Ravennat 2. temporibus Clement. V. rubric. 32. ibi: Item cum indebet exactiones notariis, & significat Dominorum Episcoporum taxentur, & moderantur in omnibus, præsertim in ordinationibus, ut ultra duos venetus non possint accipere pro scriptura, charta, schedula, cera, & sigillo: & si querela super hoc in medium prodierit, ipse notarius officialis suspendatur in d. Curia Episcopali usq; ad aliud provinciale ab officio suo. Ravennat 4 sub Joan. XXII. rubric. 24. In Concil. Palentino a Guillelmo A. S. Legato celebrato temporibus Joan. XXII. ibi: Ordinati, si post receptionem ordinis proscriptura labore, charta, & cera aliquid offerre voluerint, hoc accipi minimè prohibetur; stat tamen, quod gratuitem oblatio summam quinque marauendinorum usualis moneta aliquatenus non excedat; à pauperibus au-

Titul. III. De Simonia.

71

tem, aut nihil, aut minus recipiat pro predictis. Et paulo post: Nec Notarius seu scriptor quicquam nisi moderari, exigit pro collationis litera, & sigillo. Toler. sub Clem. VI tit. de simo. Toler. sub Sixto IV ibi: Notarii vero pro literis ordinis 10 tanum marapetinos recupererentur, & si contra fecerint, quod receperint, duplicitatum restituant, sequenti Concil. applicandum. Trid. sess. 21. de reform. c. 1. Et ita cum tot Concilii concessum sit notariis salario non habentibus aliquid recipere pro predictis literis, ullam simoniā in tali receptione non committunt. Docuerunt Suarez lib. 4. de Simonia, 10. 1. de Relig. cap. 10. Binsfeldius in presenti, q. 1. Gibal. de simonia, q. 14. confessar. 12. qui etiam resolvunt, non teperi Episcopum constitutere falarium suo notario, sed posse juxta consuetudinem receptam in ea Diocesi illi permittere predictum stipendium: & etiam docent, quod quando notarius accipit plus pro testi monialibus Presbyteratus, quam Diaconatus, Simoniā committit. Ratio est, quia tunc taxatur, & venditur dignitas ordinum, quae vendi, taxari vē nō potest; notario vero nihil competit, nisi ratione laboris, qui aequaliter est respectu omnium ordinum.

g. Pallio.] Archiepiscopii tradendo à Pontifice, iuxta adducta in c. 1. de auctorit. & usu pallii; unde deducitur, Romanum Pontificem simoniā committere, si rem spiritualem, vel ex sua natura, vel ex divina, aut Ecclesiastica institutione sacram vendat, liceat praevis simoniaci non teneatur, ut probat Gibalinus de simonia, q. 4. confess. 5. & distinctione adducta à inter casum, in quo simoniā committitur à iure divino, & cum tantum à iure Ecclesiastico, exponit Binsfeldius in presenti, q. 1.

h. Nullo modo prohibemus.] Consonat textus in c. eti questionis, vocat. 2. quicquid 1. q. 1 c. ut eulogias, 19. dist. Idem D. Gregor. lib. 4. regestr. epist. 44. Concil. Brachar. 2. can. 7. ubi PP. permittunt, quod parentes infantium baptizandorum voluntarie offerant pro suo voto, c. dilectus 2. de simonia, ibi: Illud grataueri recipi poteris, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum. Etc. cap. tua nos, hoc titulo. Hinc D. Hieron. relatus in c. judicis, 1. q. 1 Samuelem, quāvis ob acceptum propheticum oraculum Saul illi quartam partē scili donaverit, à simoniā labore excusat, eo quod cum modici valoris esset illa pecunia, in gratiā animi significationem dari, & in memoria gratitudinis accipi solum videtur; quae enim post ordinationem dantur, nullo praecedente pacto, nulla turpi conventione præmissā, judicium eligentis, seu ordinantis, nullatenus corrumpere potuerunt, ideoque gratitudinis, & honorarii vindetur esse testimonia, non pretiū pro ordinatione dati argumenta. Si autem munus quodcumq; ante ordinationem per solvatur, facilē simoniā præsumitur, quia ut ait Innoc. III in c. instantum, hec tit. expressius exprimit venditionis speciem, qui prius recipit pretiū, quam rem conferat pretofam: quae suspicio cessat cum post ordinationem modicum munus accipitur. Quam doctrinam confirmat Cyril. Alexand. lib. 12. de adorat. in spir. qui assert. Sacerdotes nihil accipere debere nisi post Sacra menti collationem. Quod Mosaicæ legis præcepto relato Levit. c. 7. significari docet, ut potè quo sa cerdores non nisi ex reliqui sacrificiij epulari iubebantur, ideoque filii Heli, ut habetur lib. 1. Reg. cap. 2. graviter peccasse dicuntur, quod carnes caperent antequam Domino offerrentur. Nec contrarium docuit D. Basil. in epistola canonica ad Episcopos sibi subditos, apud Balsam. & habetur tom. 2. operum ejus, ibi: Quod est eorum artificium, dicam; existimant enim se non peccare, quod neq; si

mul accipient, sed post ordinationem capiant. Capere autem quodcumque, se capere. Eadem iisdem verbis habentur in epistola Tharasii Constantinopolitanus ad Hadrianum Sum. Pontif. quorum quidem sententia de muneribus alicuius momenti videntur mihi intelligenda. Certum enim est, in praxi valde differre, ut probavimus, aliquid modici valoris accipere post ordinationem, & aliquid ante ordinationem, quod sit alicuius momenti, accipere; in hoc siquidem simoniā suspcionem jure fundari, semperque mali speciem delitescere; in illo feciūs appetere: magni tamen valoris munera, eti post ordinationem sponte oblata sunt, non tamen sponte oblata presumi, sed suspicionem inducere, quasi antea oblata fuerint, experientia docet. Unde in iis, sive ante, sive post ordinationem dentur, licet quoad rem sit differentia, tamen quoad suspicionem vix aliquam reperiiri, verisimile est. Vel etiam dici post, quod cum aliquid modicum datur gratuitō, attendenda est intentio, an principaliter referatur ad ordinis collationem, ita ut tanquam premium ipsius detur; an vero nulla habita relatio ne ad ordinacionem: nam primo casu simoniā committitur, & procedunt Basil. & Tharasius suprà relativi. Quæ Tharasii auctoritas extat in c. eos, q. 1. Quare in hac ambiguitate, & ut omnis penitus simoniā species vitaretur, prohibitum fuit etiam post ordinationem aliquid ab ordinatis recipi, c. si quis ob jecerit, 1. q. 3. Innoc. II in Synod. Rom. can. 2. Concil. Toler. sub Sixto IV. celebratum anno 1473 ibi: Ordinationum collatio gratiō à Sanctis Episcopis est concedenda, cùm præcipue Ordo sit Sacramenum spirituale. Præcipuum igitur universus Episcopis nostra Provincia, ut pro conferendis ordinibus quibuscumque nihil penitus ariet, vel post, seu cum iadē ordines celebrant, exigant, seu recipiant. Trid. sess. 25. de reform. c. 1. profequantur Hallierius de sacris 1. leit. d. sess. 7. art. 5. Binsfeld. in c. eti questionis, hoc tit. Gibal. de Simonia, q. 18. confess. 2.

COMMENTARIUM.

L. Icēt in praesenti Epistola agat B. Greg. de consecratione Episcopi, tamen ex ea, prout jaceat in hac sexta collectione, DD. deducunt Episcopum nihil pro ordinatione recipere posse, nec ministros aliquid temporale exigere. Sed iuxta Gregor. men tem conclusionem ita deducimus: *Pro Ordine conferendo minister, vel eius Notarii nihil tempore ex igere possunt.* Probant eam textus in can. 21. alias 28. Apof. c. qui studet, c. reperiuntur, cum aliis quam plurimis compilatis à Gratian. in caus. 1. q. 1. c. 1. q. 5. Synod Nicæana 2. can. 5. Qui donatione aurū ordinarerant in Ecclesia ultimum gradum habeant, & sui ordinis, si perseverant, ponus corrigantur. Et can. 19. Episcopus, Prepositus, Clericus vel cesserint à simoniā in datione ordinum, vel susceptione monachorum; vel deponantur. Aurel. 2. can. 3. Ne quis Episcopus pro quibuslibet causis, vel Episcoporum ordinationibus, ceterorumq; præfumat Clericorum aliquid accipere, quia Sacerdotem nefas est cupidatis venalitate corrumpti. Turon. 2. can. ult. Nullus Episcoporum de ordinationibus Clericorum premia præfumat. Cabil. sub Carolo, can. 16. Statuimus, ut sicut pro dedicandis Basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiendo est, &c. Aquifgr. 2. sub Ludov. Pio, p. 1. c. 5. ibi: Nullus Episcoporum, vel ministrorum ipsorum deinceps pro distributione sacrorum Ordinum, &c. aliquid exigere præfumat. Bituric. apud Lemovic. act. 2. Episcopi de S. Ordinibus munus non accipient. Piela viens can. 4. Nullus Episcopus pro Sa. Ordinibus, vel pro Eccles. benedictionibus munus accipiat. Brachar. 2. can.

2. can. 3. De ordinatione Clericorum Episcoporum munera nulla accipiant. Brachinon. 2. can. 1. Tolet. 6. can. 4. Brachar. 3. can. 7. Feroiul. can. 9. Meldense can. 45. Tolet. 8. can. 3. Urbanus II. in Concil Placent. can. 8. Synodus Rom. sub Gregor. II. Synodus Rom. sub Nicolao II. Synod. Rom sub Innoc. II. sexta Synodus Trul. can. 6. quorum canonū, & aliorum verba refert Ant. Aug. lib. 4. tit. 52. & lib. 6. tit. 47. & 48. & lib. 8. tit. 36. & lib. 28. tit. 31. Salegustad. can. 3. Item in Episc. de S. Ordinibus munus non accipiant, neq; aliquis de subjectis eorum, sicut pro scribendis nominibus ordinandorum solebant scriptores pretium accipere. Coloniense anno 1536 cap. 28. Nolumus, ut ab initiatiss quidquam, vel sigilli nomine à Vicariis nostris in Pontificibus exigatur; sed tantum scribarearum literarum, que formata appellantur, unus albus solvatur. Roman. sub Benedic. quod edidit Petrus Balluzius ad P. Marcham. lib. 6. cap. 10. Gennadius in epist. missa ad omnes Metropol. Quem refert Quintanadvennas Eccles. lib. 2. n. 20. Consonat Trid. sess. 25. de reform. c. 1. Illustrant ultrā congettus à Barbosa in praesenti, & Summistas verbo Simonia, Binsfeld. ad hunc textum, Decianus lib. 5. tract. crim. c. 8. Hunnius in encyclop. can. tit. 4. Crefolius lib. 4. mystag. c. 32. sect. 2. Mancinus disserit. 28. Balsamon. in nomocan. tit. 27. & 34. Rousell. lib. 5. hist. jar. Pontif. c. 4. Lemaitre de juribus Episcoporum. lib. 2. c. 6. Araujo in qq. moral. disp. 14. per totam. Hallierius de sacris elect. sect. 7. art. 7. Fragoso de regimine. p. 1. lib. 2. disp. 4. §. 23. Scottia in select. epit. 3. theorem. 84. Barb. lib. 1. juris Eccles. c. 33. n. 199. Vigel in method. jur. can. fol. 108. Victoria in relect. de simonia, Gibalinus eod. tract. q. 6. confess. 17. Lantdineter de veteri Monacho. lib. 2. c. 32. & 33. Petrus Greg. lib. 1. partit. tit. 3. c. 5. Duarenus de sac. Eccles. lib. 6. c. 2. P. Marcha lib. 6. concord. c. 10.

10. Sed hæc assertio difficulter redditur ex praxi Ecclesiæ recepta, moribusque jam diu usitatis, tam in confirmatione Pontificis, quam in Episcoporum consecratione. Nam constat jam ante tempora D. Gregorii Imperatores à Summo Pontifice auri aliquam summam pro confirmatione electionis diutius exegisse, nec sumnum Pontificem prius ordinari, quam pecuniam persolveret. sc. Agarhosa, 63. distillat. & eam pecuniam persolvisse sanctum Gregorium pro sua confirmatione, refert Joannes Diaconus in vita ipsius Gregorii, lib. 1. ipseque Gregorius exponens Psalmum 4. Pœnit. idem narrat. Qua consuetudo diutius duravit in Imperio Orientali; nam Imperatoribus Græcis mos erat ut Patriarchas vel ipsi eligenter, vel saltrem ex tribus electis, quem vellet aliis præferrent, qui honorabat. seu tributum aliquod pro institutione sua p. vebat, ut referunt Cantacucenus lib. 4. hist. cap. 37. Codinus de offic. domus Aug. cap. 20. quod tributi genus Turcæ prosequuntur furent, à Patriarchis exigentes duplēcē pénitentiam: primā appellat Pœfession, quam pro sacerdotio ineundo Patriarcha pendit; alteram dicunt Characian, quam singulis annis Imperatori solvunt. Utrūq; tributi meminerunt Zigomalas in Turco-Gra chron. Constantin. Malaxias in his Patriarch. C. P. Et cùm tributum characion esset tantum bis mille ducatorum, autem est subindī Patriarcharum ambitione Sul. scđissimè adulantium, usque ad summam. & quatuor mille ducatorum, ut referunt et. scđis historicis Hallierius de sacris elect. sect. 7. art. 3. Lemaitre de juribus Episc. lib. 2. cap. 5. Etiam Imperatores à novis Episcopis pecunias exegisse pro confirmatione, seu inauguratione, legimus: quare Anastasio Synaitæ

infensum fuisse Justinum, eo quod pecuniam non luisset præstare nomine dignitatis recenter acquisitæ, narrat Euagrius lib. 5. cap. 5. Et pro electione S. Galli Aruernos ad Regem Theodosium munera pro confirmatione electionis detulisse, tanquam rem vulgo usitatam, narrat Gregor. Tiron. de visitis Patrum, cap. 6. Et aëvo Julianiani invalidata confuetudo, quam ipse Princeps in novella 123. cap. 3. confirmat, ut Episcopi pro inthronizatione sua certam pecuniam summan darent: quod explicat P. Marcha lib. 6. concord. c. 10. Ergo alienum non est à disciplina ecclesiastica pecuniam pendere pro inauguratione, seu consecratione ministeriorum Ecclesiæ. Accedit, nam Curia Romana debet esse cæterarum inferiorum exemplar, cap. in causis, de re iudicio. cap. significasti, de elect. Sed in ea magna argenti summa penditur pro confirmatione Episcoporum, ut latè probant Rousell lib. 5. hist. Pontif. jurisdict. cap. 4. P. Marcha d. cap. 10. & pro virtuanda frequenti Episcoporum translatione Magno nostro Monarchæ fusa propositum Magister Fr. Joannes Martinez discurs. 1. polit. moral. Ergo & in aliis Curis Episcoporum licet pecunia exigatur pro ordinatione, aut literis dimissoriis, seu testimonialibus, à notariis Episcoporum, ad exemplum Abbreviatorum, & Plumbariorum Curie Romane.

Quâ dubitandi ratione ita fulcità non obstante, vera est præsens assertio, pro cuius expositione scire oportet, Simonem Magum primum hereticum, non solum se Deum esse afferuisse, & ita Romanam Civitatem seduxisse adeo, ut Imperator Claudius ei statuam erexisse in amne Tybris, inter duos portas, cum hac inscriptione, *Simoni Deo Sancto*, ut referunt Justinus Martyr apol. 2. Aloix in vita ipsius Sancti, cap. 5. Tertul. in apol. verum & animum habuisse emendidonom conferendi Spiritum sanctum à D. Petro, id est sacram ordinationem, ut ipse alius eam venderet, credens pecuniā donum Dei possideri posse, utrefetur Actuum Apost. cap. 8. & exprestis Cassiodorus lib. 9. variar. cap. 15. ibi: Recolatur, & timeatur Simonia justa damnatio: qui emendum creditit totius largitatis auctorem. Unde tale crimen perpetrantes Simonaici, tanquam Simoni discipuli, dicuntur, cap. qui studer. cap. Salvator, cap. reprehenduntur. 1. q. 7. c. 7. quidam. §. Simoniaci. 24. quæf. 3. l. 1. tit. 27. part. 1. docuerunt D. Ambrosius de patr. c. 4. D. Thomas 2. q. 100. & in 4. disp. 25. & quodlibet. 2. & 18. Redoanus de simonia. 1. part. q. 1. Leffius de iust. lib. 2. c. 35. Suarez de relig. to. 1. tract. 4. de simon. cap. 51. omnes Summista verbo Simonia, Araujo in in qq. moral. disp. ut 4. part. 2. art. 1. Nam licet antè ipsum Balaam suas locaverit operas, ut populum Dei benediceret, Num. cap. 21. & referunt in cap. sicut 3. 2. qu. 7. & sacra pagina lib. 4. Regum, cap. 5. refert Giezi à Naam Principe Assyriorum, quem Elifaeus à lepra mundaverat, duo talenta accepisse: & de Jeroboam lib. 3. Regum, c. 1. scribitur, quod quicunq; implebat manuam suam, siebat Sacerdos; & quod propter hanc causam peccavit domus Jeroboam, & eversa est, & deleta de superficie terræ: & similiter de Jasone refertur lib. 2. Machab. cap. 4. Onis summi Pontificis fratre, quod Antiochum Regem adiit, eique argenti trecenta sexaginta talenta, ut sumnum adipisceretur Sacerdotium, promisit: tamen à Simone simonia nomen accepit: tūm quia illi verè simoniai non fuerunt, ut probat Gibalinus de simonia q. 6. confess. 4. & 16. tūm quia ipse Simon non solum emere, verum & vendere gratiam spiritus sancti intendebat, ut latè probat

Pater

Titul. III. De Simonia.

73

Pater Suarez ubi suprà ; & qui ipse adhuc neophytus , statim ac baptizatus fuit à Philippo Diacono in Samaria , donum Spiritus sancti emere proposituit , ideo & simoniacineophyti dicuntur , cap. quisquis, s. quæst. 1. prosequunt latius simoniae etymologiam Binsfeldius in praefatu rubric. & Suarez ubi suprà , Lotherius de re benefic. lib. 3. q. 29. & lib. 4. q. 1. n. 3.

Deinde sciendum est , simoniā ob ejus gravitatis tarem variis nominibus à sanctis Patribus appellari : dicitur absolute labes , cap. scut. , cap. tanta , hoc titul. cuius vocis rationem illustrat Petrus Andreas Gamaro in extravag. Iulii VI. numer. 177. tom. 5. repetit. lepra in cap. cùm ordinarent II. quæst. 1. peculiare flagitium in cap. quisquis , ead quæst. 1. vulnus cancerum in cap. repertatur 1. quæst. 1. sacrilegium in cap. 1. quæst. 3. cùm revera sit prophanaio rei sacræ per voluntariam commutationem , ut explicat Gibalin de simon. quæst. 4. confess. 1. rabies in cap. 3. hoc titul. horribile crimen in cap. in Ecclesia , hoc titul. & hæresis ; ac simoniaci hæretici dicuntur in cap. Presbyter. quæst. 1. quod malè ex registro sancti Gregorii citat Gratianus , cùm in eo non reperiatur , sed apud Gregorium VII. lib. 6. regestr. in indice Concilii tunc habiti , in cap. liqueat 13. cap. 21. & 107. i. quæst. 1. cap. 3. & final. 1. quæst. 7. Concil. Meld. can. 42. Turonensis sub Carolo. can. 15. Rheimsen. can. 21. Mogunt. sub Rabano can. 12. Mognunt. sub Arnulfo can. 6. non ut docet Gerson tract. de simon. consider. 7. quia simoniaca labes per se sicut hæresis ; nam constat aliquem esse simoniacum ex sola depravatione affectus per avaritiam , remanente iudicio recto intellectus ; sed per presumptionem juris , vel operis , quia cùm putent spiritualia esse venalia , in fide suspecti habentur , ut explicat Hallier. d. scut. 7. art. 2. §. 2. Menochius lib. 5. de presumptionibus , presump. 7. num. 30. Si manchas de Catholicis , titul. 31. Sotus lib. 5. de just. quæst. 9. art. 1. quia perinde se gerant , ac si de fide malè sentiret , ut animadvertisit D. Gregorius lib. 9. epist. 53. ad Theodoric. Regem. Nec solùm hæresim simoniā esse , verū & damnabiliorē hæresim quam hæresim Macedonianam , dixit Tharasius relatus in cap. eos 1. quæst. 1. explicat Div. Thomas dict. quæst. 100. art. 1. ad 1. & hæresim , teterim amque esse docet Gofridus Vindocenensis in opuscul. de simonia , & omnium hæreticorum prodromam esse , docet Gregorius VII. lib. 11. epist. 34. ibi : Hanc hæresim ante omnes alias , radice peccati in Ecclesiam irreppisse , arque in ipsa portu apostolico , maledictionis telo esse damnatam . Et idolatriam simoniā esse docuit Gregorius nosfer lib. 9. epist. 53. rationem reddens his verbis : Cùm enim omnis avaritia idolorum sit servitus , quisquis hanc , & maximè in dandis ecclesiasticis honoribus , vigilanter non præcavet , infidelitas proditionis subicitur , etiam tenere fidem , quam negligit , videatur . Tandem simoniā crimen esse omnibus magis , dixerunt Pafchalis II. in cap. final. 1. quæst. ult. ibi : Simoniaci primi , & præcipuis sunt hæretici , omnia etiam criminia ad comparationem simoniaca hæresis , quasi pronubilo repulantur . Lucius III. in cap. simoniaca. Innoc. III. in cap. per tuas , hoc titul. cuius dicti ratio peti potest ex D. Ambrosio relato in cap. citio 1. quæst. 1. & explicat Hallier. dict. scut. 7. art. 2. & quia peccatum hoc propriè est contra Spiritum sanctum , hinc refert Petrus Damiani epist. 1. cap. 7. simoniacum quandam feci suum parvipendenter , jussum pronunciare

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

dorologiam sancte Trinitatis : Gloria Patri , & Filio , & Spiritui sancto , nequivisle dicere , & Spiritui sancto , sed tantum , Gloria Patri & Filio , etiam secundò , & tertio idem iterando conatus fuisset addere , & Spiritui sancto ; sed frustra . Nam ut subicit Damianus : Merito Spiritum sanctum dum emit , amissus , ut qui exclusus erat ab anima , procul etiam consequenter essei à lingua . Hinc rursus Henric. II. Imperator anno Domini 1047. ob simoniæ labem ab Spiritu sancto deferrus , professus est se toto triduo dæmones infestos vidisse , flamman in se perfistulam jaculantes adeò pertinacem , ut noster ignis in comparatione illius jecus paretur , & nihil calere ; sed liberatum fuisse à juvne seminustulato , scilicet a sancto Laurentio , cuius Ecclesiastica restauraverat . Ita ex Willermo Malmesburiensi , & Mattheo Westmonasteriensi refert Baronius tom. II. anno Christi 1047. & 1063. que & alia horribilia exempla refert Willaroel. p. 1. regim. Eccles. question. 1. art. 13. Beyerlinch. in theatro , verbo Simonia : & latè gravitatem simoniæ expedit Theophilus tom. 12. tract. mala è bonis Eccles. lib. 2. scut. 1. cap. 3. per totum .

Deinceps sciendum est , simoniā varie definiti ab Interpretibus : ea tamen receptior , communiorque definitio est , ut simonia sit studiosa definitione voluntas emendi , vel vendendi aliquid spiritualia , vel spiritualia annexum . Quam sequuntur Theologi scholastici cum D. Thoma in 4. disq. 25. De creditis in causa 1. pluribus relatis Binsfeldius in praefatu rubric. notabilis 7. Gibalinus de simon. q. 1. Conradus Cling. lib. 3. disput. cap. 49. Redonus eod. tract. 1. p. cap. 2. & probari videatur ex l. 1. tit. 17. part. 1. ubi Gregorius verbo voluntas , cap. quicunque studet , cap. quis studet 1. quæst. 1. sed adversus eam nonnulla præcitat Marianus Socius , illud præcipue , quod in ea solùm mentalis simonia videatur definiri , quæ pœnis Ecclesiae non punitur , ut dicimus infra in cap. final. hoc titul. Nec etiam voluntas emendi spirituale dicitur simonia , sed voluntas simoniaca : & tandem quia cætera crimina non definiuntur per verba studiosa voluntas : quare Glossa in dict. cap. quicunque , cap. qui studet , prædictæ definitioni addebit , cum effectu , ut sic actualem simoniā comprehendenderet . Alii addunt , opere subsequento , ut Abbas in cap. nemo , hoc titul. Hohenensis in cap. tuanos , hoc titul. Henricus in cap. final. hoc titul. Richardson in 4. disq. 25 quæst. 1. Sed huic sententiæ repugnant illa verba , studiosa voluntas ; unde Palacios lib. 2. de contract. cap. 7. simoniā definit , ut sit commutatio rei spiritualis pro temporali . Sed adhuc defendenda est communis definitio , nec per illa verba , studiosa voluntas , simonia mentalis definitur , ut vulgo receptum est , sed actualis etiam , quæ per dationem rei temporalis pro spirituali , vel econtra commititur ; quia docet D. Thomas dict. quæst. 100. art. 1. quem sequitur Sotus lib. 9. de justitia , quæst. 3. art. 2. tribus rationibus spiritualia emi , nec vendi possunt . Prima , quia nullo pretio estimari valent : secunda , quia nemo etiam Pontifex est illorum Dominus , sed tantum dispensator , juxta D. Paulum ad Corinth. cap. 4. tercia , quia talis venditio spiritualium naturæ repugnat , juxta illud D. Matthei capite 10. Gratis accepisti , gratis date . Unde iure civili similiū rerum nulla est emptio , ex leg. sed & Celsus , leg. hanc legem ,

G

legem ,

legem, ff. de contrabenda emptione, nam cùm in nullius bonis sint, earum rerum nullum est commercium, l. in tantum, §. sacra, ff. dererum divis. l. inter 83 §. sacram, ff. de V.O. Quare quantumvis illa, qui pretium dat pro rebus spiritualibus, studiosè eas emere procuret; tamen verè eas non emit; quia cùm earum nullum sit commercium, nulla item est emptio, nec venditio, quia materia non est vendibilis, & ea ratione simonia actualis, quæ data pretio committitur, non definitur ut sit emptio, vel venditio rei spiritualis, sed studiosa voluntas emendi, vel vendendi; quia per pretium studiosè procuratur aliquid emi; vere tamen nihil emitur: quod aperte colligitur ex d. cap. quicunque, d. cap. quis studet, in quibus verè agitur de simonia actuali, cùm in eis imponatur pena in foro exteriori; & tamen dicitur, quod pretiatione non emunt, sed student emere. Quod & satis innuunt textus in d. cap. reperiuntur, ead. quæst. ibi: *Mercari velle gratiam Spiritus sancti, dum vile pretium donani: & cap. si quis Episcopus, ibi: Gratiam, que vendi non potest.* Ex quibus patet, illa verba, studiosa voluntas, aliter accipienda esse, quām existimarunt DD. communiter, quos refert & sequitur Navarrus in manuali, cap. 23. num. 100.

^{14.}
*Expli-
caur
dicta
definitio*

Dicitur etiam in dicta definitione, *aliquid spiri-
tuale, vel spirituali annexum*: pro quorum verborum explicatione præmittendum est, nomen hoc, *Spiritus*, propriè significare anhelitum, id est aerem ipsum, quem spirando attrahimus. Cicero lib. 2. de natura Deorum, ibi: *Tribus rebus animalium vita continetur, cibo, potione, & Spiritu.* Significat etiam ventum, juxta illud Virgilii Aeneid. 12.

*Ac vélut Edoni Boreæ cùm spiritus alto
Insonat Aegeo.*

Sed quia & ventus, & anhelitus subtilia quædam corpora sunt, & invisibilia, translatum fuit nomen ab scriptoribus ecclesiasticis ad significandas res omnino incorporeas, ut Deus, Anima, & Angelus; & etiam illa, quæ illis accedunt, ut virtutes, & scientiae. Hac verò spiritualia quædam procedunt ab spiritu creato, pro ut sunt scientia acquisitæ, & virtutes, quæ parantur raro studio, atque labore. Quædam procedunt ab spiritu increato, ut gratia gratum faciens, & virtutes infusa, quæ supernaturaliter à nobis acquiruntur; & reliqua omnia, quæ ad salutem animarum supernaturaliter sunt instituta, vel ab ipso Deo, vel ab Ecclesia per potestatem sibi à Christo datam, ut optimè explicavit Navarrus in manuali, cap. 23. num. 99. Hac verò spiritualia quædam sunt per essentiam, ut gratia, virtutes, & gratia Spiritus sancti: quædam per causam, ut sacramenta Ecclesiae, quæ efficiunt, & cauſant gratiam; quædam sunt spiritualia per effectum, ut sunt Sacramentorum administrationes, divinorum officiorum celebratio, donum prophetæ, & miraculorum; quia descendunt ex gratia, vel ad illam disponunt. Alia verò sunt spiritualibus annexa, quod etiam dupliciter contingit, vel antecedenter, vel consequenter: antecedenter sunt Ecclesiae altaria, vestes, & cætera ornamenta, & iuspatronatus; quæ omnia antecedunt Sacramentorum administrationem, & divinorum celebrationem, & ad illa ordinantur, consequenter verò spiritualibus annexa illa dicuntur, quæ spiritualia præsupponunt, & ab illis dependent, ut beneficia, & decimæ, & alia, quæ sequuntur vel ex potestate or-

dinis, vel jurisdictionis, ad quæ principia reducenda sunt quæ latè docent D. Thomas 2. 2. q. 100. art. 4. Aragon in ead. quest. art. 1. Tiber Decianus tom. 1. tract. crimin. lib. 5. cap. 79. Redoanus de Simon. 3. p. q. 13. Gibalinus eod. tract. q. 3. Binsfeldius in presenti rubric. notabil. 7.

Rursus sciendum est, simoniam committi in emptione rei spiritualis supernaturalis, proce. In quædantibus ab Spiritu increato, pro ut sunt dona Spi. buntur sancti, & similia suprà relata, quæ & rese. buntur à D. Paullo ad Corinths. cap. 12. & ad Ephesios cap. 4. de his enim agens Christus Dominus comm. Matthei cap. 10. dixit: *Gratis accepisti, gratis tauri date.* Commititur etiam in emptione eorum, quæ spectant ad animæ salutem, licet ab Ecclesia iure humano fuerint statuta, quia illa omnia vel sunt spiritualia, vel supernaturalia, vel eis annexa, juxta tradita supra à Soto & Aragon. Commititur etiam simonia in baptismo, cap. etiam corde, cap. non nocet, cap. emendari 1. q. 1. in Sacramento Pœnitentiae, cap. remissionem 1. q. 1. cap. nemo, infra hoc titul. in Eucharistia, cap. nullius 1. q. 1. si pretium detur pro christiane, cap. dictum est, ead. quæst 1. cap. ea qua, cap. ad nostram, cap. in tantum, hoc titul. pro dedicandi Ecclesias, cap. statutus 106. 1. quæst 1. pro consecratione Ecclesiarum, cap. placuit 1. q. 1. cap. cum sit Romana, hoc titul. pro altaris dedicandis, cap. altare 1. q. 3. probelnicii consequendis, cap. si quis præbenda 1. q. 3. cap. cùm essent 12. cap. querelam 15. hoc titul. pro aliis honoribus ecclesiasticis assequendis, cap. cùm omnis 20. 1. quæst 1. pro exercendo quoquaque ministerio ecclesiastico, cap. quam pro 1. quæst 1. cap. ad nostram 21. hoc titul. pro oleo sancto, cap. si quis 1. quæst 1. pro quaquaque refacra, cap. si quis confiterit 1. q. 1. pro ingressu monasterii, cap. nullus Abbas 1. q. 2. cap. non satis 8. cap. quoniam 40. hoc titul. pro sepultura, cap. cùm Ecclesia, hoc titul. pro exequiis defunctorum, cap. ad Apostolicam, hoc titul. pro benedictionibus nubentium, cap. suam, hoc titul. pro absolutione excommunicati, cap. ad aures 24. hoc titul. pro reconciliatione penitentis, aut tegendo peccatore, cap. nemo, hoc titul. pro jurepatronatus, cap. præterea, de transact. cap. veniens 10. de testibus: pro præsentatione ad beneficium, cap. extra, hoc titul. de quibus omnibus suis locis agemus, quia in præsenti textu tantum damnatur simonia, quæ committitur circa ordinationem, seu consecrationem ministrorum Ecclesiae. Impropiè etiam alia bona censemur simonia materia, ut justitia, cuius venditionem Petrus Blefensis epis. 95. & Petrus Damiani opuscul. 35. cap. 4. insimulant simonia; & quidem propriè dictæ, juxta Buseum, ad eam Blefensi. epis. sed mali, ut docuit Theoph. tract. mala è bonis, lib. 2. fel. 1. cap. 1.

Unde apparet ratio præsentis assertionis; nam cùm pro eis, quæ data sunt, ut gratis dentur, Traditionis non possit aliquid exigiri, & spirituali potestas ratione ordinis competens ordinatoribus illis data occidetur, ut gratis conferant, non possum pro ordinatione aliquid pretio estimabile exigere. Unde in simonia commissa pro collatione ordinum peccatur contra religionem, iustitiam, & pietatem; religio enim violatur tum contemptu divini numinis, cuius majestas contemnitur, cùm non meliores, qui ei gratissimi sunt, seo opulentiores in sacerdotes ordinantur, cuius cultus negligitur, quoties ad eum procurandum non aptiores eliguntur, sed qui pecuniam offerunt: tum etiam clericali statui, cui

Titul. III. De Simonia.

75

*In qua
bus p.
monia
commu-
natur,*

qui *injuria* infertur, cùm pecunia ejus gradus
estimatur: nam quis non vile putet esse quod ven-
ditur? inquit Hormisdas *in epist. ad Episcopos*
Hispania, cap. 2. Justitiae etiam ordinatio simonia-
ca opponitur; tum, quòd turpi istà sacrarum or-
dinationum nundinatione doctiores, ac sanctio-
res, i qui dignitatum minus cupidi esse solent, in-
doctioribus, ac minus probis ad eas convolantibus,
ecclesiasticarum fæctionum, officiorumque
distributione, quæ secundum justitiae distributivæ
leges sapientioribus, ac melioribus debentur, so-
leant prætermitti: tum quòd iniquum sit, & con-
tra justitiae commutativæ regulas, ut proxime di-
cebam, pretio commutare, quod pretio commuta-
ri non potest; & vendere, quod gratis acceptum
est, contra illud Christi Domini præceptum, *gra-*
ta accepisti, gratis date. Quod ita rem expendit
Gennadius *in epist. encyclica, ita latinè versâ:* *A*
me, inquit, accepisti dignitatem sacerdotis, si mihi
pro ipso parum quid, vel magnum solvisti, & hoc à
me venditum est, hoc quoque ipsum alius vendit; fin
autem gratis accepisti, vos quoque gratis date. Tan-
dem simonia in ordinatione ministrorum Ecclesiæ
repugnat pietati, quia talis ordinatio offenderet
piorum animos, & pauperes à sacramentorum per-
ceptione retraheret, quod obseruat Gelasius *in*
epist. 1. ad Episcopos Lucaniae, cap. 7. adeoque ab-
horruit Ecclesia ordinationes simoniacas, ut caute-
ejus constitutiones legi debeat, cùm in eis videat-
tur doceri, similes ordinationes nullas esse. D. Gre-
gorius *lib. 7. epist. 12. ibi:* *Quicumque studet per*
pretio ordinationem sacram ordinem suscipere, sa-
cerdos non est, sed inaniter tantummodo dicit concu-
piscit. Paschal II *epist. ad Mediolan.* cuius verba
perperam Gratianus tribuit *in cap. quicunque 1. q.*
1. D. Ambrosio in cap. cum ordinaretur, ead. cans.
& quæst. qui omnes PP. accipiendi sunt de ordina-
tione nulla quoad exercitium, non verò quoad ef-
ficiendum charæteris. Apud Gentiles verò usum in-
oleville dandi aliquid pro sacerdotio, constat *ex l.*
1. § sed ant id, ff. de collat. bonor. l. 1. ff. de pollici. l. 1.
verf. Non tamen de extraordin. cognit. l. 1. §. 1. ff. ad
leg. Inl. de ambitu.

17.
Diffol-
lutar
abbi-

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta; nam
pecuniam illam Pontifex Imperatori solvebat co-
actus, non verò voluntariè, donec sexto sacerdotali
Ecclesiæ, postulante Agathone Ecclesia Romana

ab hac pensitatione per Constantinus Pogona-
tum exempta est, quamvis nec tunc quidem jus
confirmandi Romanum Pontificem Imperator re-
miserit; sed postea Benedicto II. omnino cessit, &
illam exactiōem ut simoniacam accusavit Grego-
rius Magnus *in Psalm. 4. pænitent.* & ita tam ipse,
quām ejus prædecessores renuerter perseverebant,
injustam vexationem redimentes, nec emebant di-
gnitatem, sed moram suæ consecrationis Ecclesiæ
nocivam datâ pecuniâ redimebant, ut ita Impera-
toriam gratiam sibi conciliarent. Sic etiam ali E-
piscopi, qui propriis Principibus aliquam pecuniæ
summam tempore suæ consecrationis persevereb-
ant, coacti, & inviti eam pendebant, ut ita con-
firmationem juxta eorum temporum corruptelam
impetrarent; & illam improbam confuetudinem
damnari in præsenti docet P. Marcha *cap. 10.* Nec
obstat, quod de stilo Curia Romanae expendeba-
mus; nam omisis Redoano *de simonia 1. p. cap. 20.*
n. 2. Garanna eodem tralit. qui afferunt præsentem
prohibitionem non exigend aliquid à notariis pro
chartis, litterisve dimissoriis, seu testimonialibus,
tantum à jure positivo provenire, & idè locum
non habere in Curia Romana; cùm R. Pontifex
sit supra ius positivum; sicut receptum est, legem
Julianum de ambitu locum non habere in Curia Prin-
cipis, quo modo ipsi accipiunt legem *i. ff. ad leg. Inl.*
de ambitu: dicendum est, notarios, abbreviatores,
& plumbatores pro stipendio proprii laboris pe-
cuniā exigere, non pro pretio ipsius confirmationis,
ut latius prosequitur Rousellius *dicit. cap. 5.*
per totum, ubi de annatarum, & similiūm præsta-
tionis origine agit.

Sed superiori afferitioni opponi potest textus *in*
cap. constitutum, de relig. domib. ubi certa pensio an-
nuatim persolvenda promissa fuit à quibusdam
monachis pro ordinibus recipiendis: ergo quia in
Sacramento Ordinis intervenire potest nummaria
præstatio. Pro cuius difficultatis solutione dicen-
dum est, in eo textu pensio non fuisse promis-
ta monachis proprio Episcopo pro ordinibus
recipiendis, sed in recognitionem subjectionis, ut
liceret à quocunque Antistite catholico ordines
recipere; qua conventione auctoritate Sedis Apo-
stolice fuit confirmata, alias nulla esset, ut proba-
vi *in cap. final. de pactis*, ubi alia, quæ ad ejus tex-
tus expositionem spectant, adduxi.

18.
Exponi-
tur cap.
confi-
tatus.
de relig.
Dom.

C A P U T III.

Ex Concilio a Magunt.

QUICUMQUE Presbyter per premium Ecclesiam fuerit adeptus, omni modo deponatur,
quòd contra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, qui alium Presbyte-
rum legitimè ad Ecclesiam ordinatum, per pecuniam expulerit, camque sibi taliter vin-
dicaverit: quod vitium latè diffusum, summo studio emendandum est. Itaque interdicen-
dum videtur clericis, sive laicis, ne quis cuilibet Presbytero præsumat dare Ecclesiam sine
licentia & b consentiu Episcopisui.

N O T A E.

*1. a M*agunt.] Ex Concilio Maguntino, seu
Magoniensicatur canon hic à Burchar-
Magnt. do lib. 3. Decreti, cap. 1. o Ivone p. 3. cap. 86. Pa-
piensi *in 1. collect. sub hoc tit. cap. 2.* & extat ferè eis-
dem verbis in Concilio Mogunt. sub Rabano
can. 12. Mogunt. sub Arnulfo *can. 5.* sub Carolo
can. 15. ex quibus illum transcribo. Ita autem re-
petita fuit eadem sanctio in tribus Conciliis,
D.D. Gonzal. in *Decretal. Tom. V.*

quia his temporibus inoleverat in Gallia magna
corruptela circa beneficia ecclesiastica, quæ laici,
principes potentiores, ut Duces, Comitesque,
propriæ auctoritate conferebant, & plerunque au-
ferabant, ut aliis conferrent, ut constat *ex Con-*
cilio Maguntino sub Arnulfo, cap. 29. ibi: *Ut*
laici Presbyteros non ejiciant de Ecclesiis, nec consi-
tuant sine consensu Episcoporum suorum. Concil.
Cabilon. can. 42. ibi: *Inventum est, quod multi*

G 2 arbitris